

sive inbeneficiatis aut servis^a nostris per coempcionem vel concambium receperunt vel processu temporis aliquo empcionis vel commutationis sunt^b titulo recepture, aut si ministeriales vel inbeneficiati seu servi nostri aliqua eis in monasterio pretaxato pro deo bona contulerint vel presenti tempore contulerunt, rata eis et inconvulsa maneant in perpetuum. Statuimus quoque et regali edicto sancimus, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis hanc nostram institutionem audeat infringere vel monasterium nominatum aut personas aliquo lesionis modo perturbare. Quod qui facere attemptaverit, a nostre celsitudinis gratia se noverit alienum. Ad cuius certam in perpetuum evidenciam presentem paginam inde conscribi iussimus et nostre sigillo magnificencie communiri. Huius rei testes sunt: Sifridus archiepiscopus Maguntinus, Theodricus archiepiscopus Treverensis, Heinrichus archiepiscopus Coloniensis, Conradus episcopus Hildensheimensis^c, Hermannus episcopus Herbipolensis, Ekebertus episcopus Babenbergensis^d, Sifridus episcopus Ratisponensis, Arnoldus abbas Campensis^e, Rymundus^f abbas Eberbacensis^g, Heinrichus abbas de Veteri monte, Heinrichus abbas de Hemmenrode, Heinrichus abbas de Heisterbach, Godescalcus abbas de Bronnebach^h, Gerhardus abbas de Utterbüre, Albertus abbas de Arnsebüre, Wigandus abbas de Aulisbüre; laici vero: Otto dux Meranie, Albertus dux Saxonie, Hermannus marchio de Baden, Boppo comes de Hennenbergk, Hermannus comes de Orlamunde, Rupertus comes de Castelen, Hertwicus magister coquine regalis et alii tam clerici quam layci quam plures.

a) 'sérui' B. b) 'sut' B. c) 'Hildensheimenš' B. d) 'Barbenb'gen' B. e) 'Caupenš' oder 'Canpenš' B. Es kann sich nur um das Zisterzienserkloster Camp, RB. Düsseldorf, handeln, dessen Abt Arnold I. von 1223—1235 gewesen ist. F. Michels, Geschichte der ehemaligen Abtei Camp, Crefeld 1832, S. 163. f) 'Rymudus' B. g) 'Ebb'aceñs' B. Hier geriet dem Kopisten das ihm zweifellos bekanntere Ebrach, dessen Abt damals Engelbert (1220—1236) war (J. Jäger, Verzeichnis der Aebte . . . von Ebrach, 1903, S. 12), in die Feder für Eberbach, dessen Abt Raimund 1228—1247 regierte. K. Rossel, Geschichte der Abtei Eberbach, Wiesbaden 1855, S. 142. Dass der Kopist den Kürzungshaken für er (e) absichtlich nachgestellt hätte, ist mit Rücksicht auf den zwischen der oberen Zeile und bb verfügbaren freien Raum unwahrscheinlich. h) 'Burnbach' Gudenus. Die Metathesis Burnbach = Bronnbach u. ä. kommt oft vor. A. Krieger, Topographisches Wörterbuch des Grossherzogtums Baden I² (1904), 299 ff. Godescalcus wird als Abt von Bronnbach genannt von 1230—1245. Krieger I², 300.